

160

30

¶PANDVLPHI Collenutii Iurisconsulti &  
Equitis Illustrissimi Ferrariensiū Ducis Legati  
oratio ad Augustissimū principem Maximilia-  
num Cesarē Romanorū Regem.



Duentus ad te nostri summa causa  
Rex inlyte: sed & fortissime Cesar  
imo uero iam glorioſiſſime Impera  
tor: hec eſt: ut quod Eſtenſis Her-  
cules patrie noſtre pater ac princeps: deuotissim⁹  
tibi dux tuus: per publicas occupationes: & etatis  
indulgētiā facere prohibet: sed maxime tñ cupit  
te preſens numen uidelicet non alio cultu: q̄ Ro-  
mani orbis rectorē deceat uenerari: Nos eius tier-  
bis q̄ maxime fieri potest iſpleamus: Grāde onus  
prefecto: noſtrisq; omnino uiribus impat: Siue nos  
illius uoluntatū: siue magnitudinē tuam cogita-  
mus. Quo circa dabis ueniā (que tua eſt indulgē-  
tia) mitiſſime Cesar: & quā nos ingenue culpā fa-  
temur: tu pro incredibili tua clemētia cōdonabis.  
Nam ſi ſalutandus: adorandusq; es: tantū adepte  
culmen: inq̄ tum ſe rerum humanarū tollit impe-  
rium. Quis hoc unq̄ rogo ſatis digne pollicebit?  
Si letādum gratulandūq; eſt. Quis hoc offitii ge-  
nus abſolutum undiq; ſuifq; numeris circuſcrip-  
tum dabit? Nec enī aut ſoli tibi de Imperio: aut  
nobis de Imperatore ſimplex eſt referēda lēticia:  
ſed Illyrico: ſed Germania: ſed Italie: immo uero  
auſſluſu A auſſiuq; iuſſiuſu hō ſi eſſeuolit: a i l

Lauſa legatio-  
nis.

Materia lega-  
tionis.

SP6014//30

*INL*  
1592

christiano orbi quæ latissime patet gratulandum  
est: Si uirtutes tuæ (quod esse in legatiōis officio  
atq; in salutandis principibus primū solet) expli-  
cande sunt: quæ uox tam felix: quod ingeniu tam  
secundū: quæ tam larga dicendi copia suppedita  
bit. Multa quidē (ut uerū fateor) Clementissime  
Cæsar se se dicenda quasi certatim nobis obiiciūt:  
quæ uidelicet ardētissimus erga te nostri principis  
iussit affectus: Et q; tu utinā Serenissime Rex  
oculis tuis īmortalibus uidere potuīs: quo uul-  
tu: quibus uerbis: quo ardore mandabantur. Sed  
Maiestatis tuæ fulgore superamur: opprimimur  
gloria: & Augustior longe: q; de te nobis fama pol-  
līcebat: cōspectus iste tuus exerret. Sparsum igi-  
tur ac nullo ordine mādata digeremus: & (q; um  
inter colligēdum perculas animi uires memoria  
suppetet.) que nobis ille iussit exequemur. Verū  
nihil prius aut antiquius duxit Hercules tuus: q;  
ut ab eo maximæ uerba auspicarentur: a quo tan-  
ti munera incrementa suscepimus: Agenda s; q; im-  
mortali deo laudes ac grās sempiternas primū cē-  
suit: quod eum terris principem dedit qualē bono  
generis humani sperare quidem potuimus. Inue-  
nire uero nō nisi ipse rerum omniū sator potuit: a  
quo princeps terras gubernaculis imponunt: In  
cuius manu regum omnium fortuna uersat: qui  
fessas res humanas: pro sapientiæ sue luce bonos in-  
terdum principes indulgendo: subleuat: et igit: lo-  
latur: souet: Sic octauium qui primus Augustus

Adeo bonus  
princeps

mab 329 33 87

163

cognominatus est: post ciuiliū bellorū lachrymas  
dedit: Sic Vespasianū post Nerones: post Domiti  
ani crudelitatē Traianū Antoninos: post cōmodi  
furores: Seuerū: Post eliogabali uesaniā: Alexan  
drū: Et ne singulatī uniuersos psequar (quos enu  
merare longū est) Sic posteriori tpe Flauiū Con  
stantinū. Sic Theodosiū. Sic Iustinianū. Sic mag  
num Carolū. Sic Othones. Henricū secundū: plu  
resq; alios quasi distinguēdis malorū principum  
ordinibus: secūdū dīsq; rei publice fluctibus modera  
tores dedit: Donec in Austriale familiā tuā a con  
dito quo nobilissimā: & īpam triumphis grauidā  
& Impiis genitā: Romana res oīs certa iam fermē  
successiōe resedit: tibiq; orbis Imperium tradidit  
gubernādū. Quare & illi īmensas: & tibi q̄cas ma  
xiime possumus: ḡas agimus: quod illud aio ma  
gno regēdū suscepisti. Gratulamur uero & uirtu  
ti tuę & bonis oībus & militari glie quā tu in an  
tiquū statū redacturus es: & l̄ras studiis que per  
te priscū decus & dignitatē reciputura esse uidēc  
Gratulamur & etati nře & harū temporū felicitati  
puinciis oībus: & xpiane Rei pub. atq; in primis  
sibi ipsi Hercules princeps nř gratulat: & ob am  
plissimā quā de te spē expectationēq; cōcepit: ob  
egregia multa ac magnifica: diui pris tui bñficia  
Et ob ingenitū quidē: ac peruetustum Estēsis fa  
milię in Australis gētis principes amorē pariter  
ac reverentiā: quod si tibi dē suscepsto Impio ḡas

Boni p̄cipes  
per interwaila  
Augustus  
Vespasianus  
Traianus  
Antonint  
Seuerus  
Alexander  
Constantinus  
Theodosius  
Justinianus  
Carolus  
Othones  
Henricus

Australis fami  
lia

Gratulatio.

agimus: Si leticie noſtre magnitudinē dum no-  
bis iſlis plaudimus ferre non poſſumus: Nullus  
prudens rerū estimator mirabit̄. Si quę Imperii  
partes ſunt: quę officia: quę cure: qui labores: quę  
pericula metias: Populis tanq; fluctibus huc atq;  
illuc eſtuantibus: & armatis exercituū cupiditati-  
bus: imortalis pater Imperii frena conſtituit: qua-  
re non ſecus eſſe populis principes ſapienſiū qui-  
dam putauerūt: q̄ in ædibus cōtignationes: ligno-  
rumq; compages: quę uniuersi ædificii molē pon-  
duſq; contineāt: alii non aliud eſſe regis officium  
atq; Imperatoris munus arbitrati ſunt: q̄ quod ſen-  
timus cordis eſſe: uicerum omniū preſtantissimi  
in humano corpore: Quidā altius ac uerius cogi-  
tantes idem eſſe Imperatoris opus dixerūt: quod  
ſolis in mundo: Vnde rerū omniū motus & uita:  
unde operū omniū initia: progressus ſinesq; deri-  
uant: Quare eum cui populorū gubernacula tri-  
buant (Platonis ſententia) tanto priuatos omnes  
anteceſſere oportet: q̄to hoīes a diis imortalib⁹ ſu-  
perant: Arduū certe opus: atq; omniū longe diffi-  
cillimū: ſu pra hominē ſele attollere: Belli pacisq;  
ac gentiū omniū iura moderari: unum eſſe: cuius  
ad exemplum totus componitur orbis: ccii popu-  
lorū ac ſubiectorū quietis rationem omnē curāq;  
uicipe: proprie uero nullā. Diuus Iulius unde  
primū felix illud & æternitati dicatū Cæſaris no-  
men in te quoq; MAXIMILIANE defluxit: ni-

Que cauſa im-  
peratoreſ dedit

Coz

Sol

Plato

Qualis pnceps

Iulius cefar.

Pro salute sub  
iectore p̄ncipes  
Justinianus

Aurelianu

es hominum

et nullus erga

Laboriosa reo  
principatus.

Imperadi gra  
uitas et incom  
moda.

Tigranes

Etb. Cesar.

Britius

Nerua.

M. Aurelius

Cesar.

Diocletianus.

Augustus

Corone p̄odus

hil aliud esse dicebat Imperiu: q̄ curam alienat̄ sa  
lutis: Iustinianus uero noster idcirco uoluntarios  
labores suscepisse se dicit: ut quiete subditis para  
re posset. Aurelianu Augustus ad populū Ro  
manū scribens: Ego inquit efficiā ne sit aliqua sol  
licitudo Romana: uacate circēsibus  
nos publicē necessitates tenent: Vos occupent uōe  
luptates. Vnde principatū cōstat nequaq̄ segnem  
rem esse: sed laboriosum: Nō ocio & animi remissi  
one: sed curis ac laboribus abundantem: Hoc ma  
gnus ille quondā Armeriorum Rex Tigranes ex  
pertus cū esset: oblatum sibi uenerabilē illū pan  
nū quo Regius uertex coronari solet: manu diu  
uersatū aspiciens: o nobilē magis q̄ felicē (dixit)  
pannū quē si quis penitus agnoscat: q̄ multis labo  
ribus ac periculis sis refectus: ne humi quidem ia  
centem uelit attollere: Adhortātes se ad imperiu  
suscipiendū amicos: Tiberius Cesar ignorare di  
cebat quanta bellua esset Imperiu: Atrius bis con  
sul uir bonus & grauis Cocceiu Netuā nepotem  
suā cū impare accepisset: miseratus est. Expauit  
ad impii nomē quod ultro sibi offerebat. M. Au  
reliu Cesar: Diocletianū quoq; dicere solitū legi  
mus: nihil difficultius esse q̄ bene imperare: Sed  
& Diuus Augustus imperii pacisq; formator cui  
plura dii (ut quidā scribit) q̄ ulli unq̄ homini de  
derūt: imperādi: hoc est laborādi uacationē a Se  
natū efflagitař nunq̄ destitit: Hoc & honorę prin  
a iii

cipum raritas indicat: hoc imperialiū coronarū insignia illa pondera non sine ratione significare uident. Hoc nobilem illū expressit Maximi imperatoris gemitū: quem sāpius suspirantē dixisse accepimus. O te felicē Damocles qui non longius uno prādio regni necessitatē tollerasti: Damoclē illū scilicet referēs qui a Siracusano Dionisio pro Rege ad mensam uocatus sub ancipitis gladii periculo q de tenuissimo filo pēderet: patuidus semper tremebundusq discubuit. Iure igit̄ pro suscep̄ta a te imperii mole (quod rerū humanarū omnium maximū esse clamat Isocrates) pro grauissimo isto christiane rei publice tuende amplifican̄dā munere quod libēter amplexus es & gratias agimus: & uoluptate efferimur & festis acclamatiōnibus salutātes: Hanc Cæsar: uere Cæsar: uerissime auguste dicimus: faustasq illas uoces oēs quas publice lāeticie feruor solet effundere. Qued si non Illustrissimi modo electores tui: sed & ipsa Roma & Italia & Gallia: & ex prouinciis uirium omnes in suffragiū issent: Si uniuersum christianum nomen uno in loco de Imperatore deligēdo comitia habuisset: Nulli magis q̄ tibi tātē rei pōodus impositurū fuisse uidetur: Adeo omnia in te unū diuina quadā sorte cū naturā: tum fortunā munera conuenerūt: que in Imperatore desiderāda esse ueteres prodiderūt: ut etiam uel negatum imperiū: (si petiſſes) iure tuo tamē uindicare po-

tueris. Patere obsecro: Patere: nobilissime Cæsar  
 Nos & læticiae nostræ frena relaxare: & Herculis  
 tui (q̄tum per nos licet) affectus exprimere: dum  
 que gestiens ipse mūdata dedit: (tametsi elinguat  
 ) explicamus: modestiam tuā in audiendis lauda-  
 tionibus nouimus: ac uiuentis adhuc & presentis  
 adeo principis laudes nō sine dicens reprehēsio-  
 ne dici nō ignoramus: Sed non ideo diuina munc-  
 ra prædicari non debent: qui ea qui audiunt per  
 modestiam fortasse recusent. Ad rem igitur redeo  
 Potuisses inquam uel negatum imperium (ut de  
 his humano quodam usu loquar) si petiſſes tuo  
 iure uindicare: qui de re imperatoria scripſerunt  
 genus: ætatem formam: rei militis sciētiām: usum  
 auctoritatem: fortunam: uirtutem: in Imperato-  
 rem eligendo spectari oportere censuerunt: sed in  
 quem obsecros Si uerum fateri uolumus prefata  
 gentium omnium uenia) tanta ista bona cælesti  
 prouidentia ceciderūt: Si genus querimus: pater-  
 num tibi gens Austria: At qualis Austria: Fortis  
 simorum ducum domiciliū: principum sedes: Im-  
 peratorum seminarium: Nonne hinc ex atavis tu-  
 is (ut cæteros transeat) Rodulphus Imperator  
 prodiit: qui Romanā ecclesiā fecūdissima Italiz  
 parte flaminia donauit: qui primislaō quinto re-  
 ge memorabili illo prælio: quod in cāpis Austrię  
 gestū est: superato obruncatoq; Bohemicā poten-  
 tiā domuit: Nōne ex maioribus tuis Albertus

Que in Impa-  
tore requiraturMaximiliani  
genus.

Rodolphus.

Primus laus  
Bohem.  
Albert⁹. i. Imp

Albert⁹. i. Jm.

primus ob bellicam gloriam a Romano pontifice  
designatus est ultor qui læsam ecclesie maiestate  
uindicaret. Nōne & Albertus. ii. magnus tibi pa-  
truus pietatis eximi⁹ princeps quē ideo rebus hu-  
manis (cū biennio tantū imperasset) receptū genti-  
um omnīū cōsensus dixit: quod indigni essent eo  
principe illius t̄p̄is mores: atq; ideo illū deus hos

Fridericus. iij.

minib⁹ ademerit: quia secū esse maluerit: hunc  
diue memorie Fridericus pater subsequetus est nu-  
per celo redditus: Imperatorū omniū innocētissi-  
mus: patiētissimus: pacatissimus: cuius illud pro-  
priū fuit: quod oēs ante se principes a diuō Iulio  
& uite & impii diuturnitate supauit. Nemo diu-  
tius uixit. Neino solus diutius imperauit. Nemo  
innocentius regnauit. Quod si maternum genus  
tuū repetendū est: quis nescit a ualidissimis Got-  
thorum ducibus quatuor atq; octuaginta corona-  
tos Reges perpetua successione Hispanias ad hęc  
usq; tempora tenuisse. Vide sanctissime parentis  
tuę deriuatur origo. Vxorū tuaꝝ stirpem si que-  
rimus: ille magnorū ducum filiæ: si quos (nō tam  
Romano q̄ usū trito uocabulo) sororios dicimus.  
Et ii quoq; amplissimi duces: atq; in iis splēdidis-  
simus Alphonsus noster Herculis tui filius mirę  
spei adolescens dux futurus: filiū sustulisti: & is  
ducum longe potētissimus est: ut iam nō impera-  
atoria solū stirpe natus: sed totus ex ducibus: totus  
ex regibus: totus imperatoribus: quasi seminario

Materium ge-  
nus.

Gothi

Cognatio

Alphonsus.  
Eugenius

364

quodam generosiore uirtutū: cōcretus factusq; ui  
dearis imperator: ut intelligāt populi: sciant na  
tiones uirtutem tuā: non tam ad scitā adoptiuāq;  
esse: q̄ genuinam: & ab ip̄a natura ad Romani or  
bis imperiū traditā: atq; ideo Augustiorē longe:  
uenerabilioremq; esse. Quæ si quis prorsus amēs  
non intelligat: atq; in re perspicua ut est interdū  
contumax ignorātia) dubitet. Is specie istam tuā  
maiestatēq; cōtemplemur: pulcherrimū te esse do  
miciliū fateatur oportet: in quo se imperiū ipsum  
prorsus penitusq; cōponat. Felices ille anime quæ  
nobiles curas suas naturalib; arcanis intulerūt:  
quo abditarū in ipsa naturæ maiestate causarū se  
creta rimarent. Augustissimā quanq; hoīs specie  
plurimū de celo trahere prodiderūt: Siue enī mū  
di ipse æternus rector nobilissimū animū missu  
rus in corpus: speciosum prius atq; illo dignū me  
tetur hospitiū: Siue animus ipse cū uenerit diui  
nitatis suæ conscius: pro habitu suo sibi fingat &  
ornet habitaculū: certū est alterū alterius officio  
crescere: & cum se mutuo quasi feedere iunxerint  
utraq; maiora cōsurgere: ut eos q̄ tali naturæ sint  
habitu iam nō natos: sed a deo ipso factos forma  
tosq; esse scribat Cicero: ethiopū poplōs qui gim  
nosophistarum sapientia gubernant: nō ex iis qui  
fortissimi qui ue opulentissimi habeant: nec qua  
lescuntq; sibi Reges facere scribit Aristoteles: Sed  
eos tantū qui forma pulcherrimi prestauissimiq;

Digna Imp  
Merititia  
forma

Bone meti  
ehrum corp  
parari.

Cicero  
Ethiopes

Aristoteles

sint: quippe qui animorū effigiē ex corporis spes  
cie intueri se posse uerissime arbitrētur. Nam &  
apud iurecōsultos relatum est. Sapiētis quoq; iu  
dicis esse: ex ipsa uultus corporilq; figura: mentis  
bonitatē speculari: atq; coicere: Sicut enī (aucto  
re Aristotele) ad felicitatem habilis deformis ho  
mo non est: fieriq; nō potest (ut Alspadius inquit)  
ut qui omnino deformis sit bonus sit: Sic eum qui  
formosissimus sit: impossibile prorsus est: ut non  
idem optimus sit: Quid enī aliud nobis pollicet:  
Tua illa serenissime frontis maiestas: decora illa  
cēslaries: ille oculorū sydereus uigor: illud os pro  
bum: ille torius corporis honestissimus status: il  
la dignitas: illa proceritas: Virtus illa splēdidissi  
me cēsar (quod negari nō potest) meretur impe  
rium: sed uirtuti (que in pulchro corpore gratiō  
uenire solet) augusta ista tua forma suffragatur:  
Age quod ea ætate imperiū suscepisti: quam cēle  
stium consiliorū mysteria scrutantes philosophi  
hebdomadicorū annorū quintum locū: stationēq;  
esse dixerunt: In quo Robur ac uirtus maxime ui  
geant: quamq; sapientiū quidam: quintū progre  
dientis animi: cū actum: tum uirtutem appellāt:  
quinti septēnii climacteriū terminū designātes  
in quo ne senis imbecillitas cōtemptui esse possit  
Nec adolescētis formidāda temeritas: sed in quo  
labor in negociis: fortitudo in periculis: cōsilium  
in prouidendo: industria in agēdo: celeritas in cō

ureconsulti.

spadius

Parimiliani  
ecies.

is II: ximi  
ii.

u hebdo  
ici.

nactericus  
unus.

eratōris  
icōs.

Militari usus  
et scientia i Mili-  
tarii

ficiendo: ceteraque ille imperatorie uirtutes: quasi  
uertice quodam uitae constitute: firmiores: conspectio  
resque reddantur. Verum tuas ista tua: queque illa pre-  
cessit: non in ocio: non in langore: non in umbra tra-  
ducta est: nec naturalibus contenta muneribus: si  
ne ullo rerum usu per segnitiem situm quendam cari-  
emue duxit. Immo uero in ipsis pene cunabulis:  
Imperator: anteque miles: arma tractasti: bella gessis-  
isti: uictorias cumulaisti: procliorum pericula: ira: cer-  
tos pugnarum casus: obsidionum erumnas: oppugna-  
tionum damna: insidiarum perfidiem per uulsi: su-  
dorem: puluerem: sanguinemque castrorum: incredibili  
labore: ingenti animo: mira constantia tollerasti.  
Quid est in bellicis rebus a te non tentatus: quid in  
ausum: quid inexpertus? Quem te militare pars later  
quae tibi militaris discipline forma non perfecta?  
Quis hac aetate tot rerum mometa: tantorum rerum ua-  
rietatem: tantum periculorum: quantum tu ab ineunte pue-  
ritia exptus? Qui maiore etiam parte mortis in cor-  
pus quinq; recepta: nec illud quidem quod a summa  
tantum die intelligere mortales solent ignorasti. Vere  
impiose uir quem neque paupies: neque mors neque uul-  
nera terrerat. Quid est quod nescias: quod semper cum for-  
tuna ipsa (inuitus dicimus: sed & illa queque inuita di-  
cedum) pugnasse uisus es: inimiciorumque illa semper  
habuisse que hostes: Ita tam aduersus illa pugna-  
sti: ut omnem fortis euentum docueris posse a uirtutis  
superari. Fessamque illa in tua iura compliceris

Fortuna

magna admiratione mortaliū: qui te tādem post  
tot exhaustos labores: post tot periculorū circūfu  
sam molem rebus oībus pro arbitrio compositis:  
Imperatorē uident; nulla uirtutis opinione frau  
datum:nō estimatione cōmotum:non auctē mino  
rem:sed firmis amicitiis auctū:splendidissimo cō  
iugio ornatū:fidissimis affinitatibus cōmunitum  
omniū italię principū beniuolentiā septū.Et iam  
superbis ac cōtumacibus terribile:& imanissimis  
turcis sanguinariisq; illis nostrę religionis hosti  
bus formidādū:quos tu uerus christiani nominis  
assertor qñq;(quod speramus) debellabis & cōte  
res.Hæc externa q̄q; uideant:tua sunt tamē for  
tissime cēsar:tua inq; o nostrū sydus & unicū uerę  
probitatis exemplar:quia tu ea ui animi modera  
ris & uirtutū gloria quas in te unum tuo certo iu  
dicio:atq; ita eligens:atq; ita usu cōperans cumu  
lasti:& maiora efficis:& consilio matuoriore dispē  
fas:magnis animi dōtibus & uerę ac solide glorię  
ardore succensus : Quid enim in te non mirabi  
le:non conspicuum:non triumphale uīdetur:Ni  
hil est(ut leges docent) quod lumine clariore re  
fulgeat: q̄ recta fides in principe: q̄ uera religio:  
Maxime enim cultorem dei esse principē decet:  
quando ipse a deo maximū honorem consequitus  
est:Ceterae uirtutes omniū omnino cōmunes sunt:  
Prudentia(ut Aristoteles scribit) Imperantiū so  
la;Iusticia uerē(Theodosius Augustus ait regū)

Moralis

etq; misericordia

Liberalitas  
magnanimitas  
Clementia.

Aristoteles

Demostenes.  
Iustinianus.Alexander  
sar. Augustus  
Trajanus. E  
tonini. Henrici

sine qua nec ipsum quidē Iouem dominari recte posse: poetę quoq; cecinerūt: sed quid obsecro aut fide tua firmius: aut cōsilio grauius: aut sentētia iūsicius harū in te uirtutū exempla cōtexere: nec modestia tua: nec temporis ratio patiunt̄: nec auditorū p̄sentia postulat: ( Nec enī apud ignaros habetur oratio ) : Atq; ut uirgineū illū pudorem tuū: cōglestemq; mansuetudinē trāseam: ut inclitā illam cōstantis animi aduersus uoluptates omnes cōtumaciā: & indictū uitiis bellum: Et summa semper petentis: inuicti spiritus sublimitatē: proprias certe: peculiareſq; tibi: quo nā uirtutes piaſculo p̄teribimus: liberalitatem dico: animi magnitudinem: atq; clementiā: quibus quidē uirtutis reges omnes: ( sine inuidia dixerim ) lōge p̄ cellis: Eoꝝ qui uirtute sunt p̄diti nulli magis ( ut Aristoteles scribit ) q̄ liberales amant̄: Magnitudo animi uero: non modo uirtus ipsa: sed & uirtutum ceterarū decus: ornementūq; est: At clemētia que principū dos prima est ( Demostene: Iustinia noq; auctib⁹ ) deo maxime Imperatores æquant̄: Hæ te MAXIMILIANE Cesar: uere milies maxime Augustū faciūt: hæ omnīū hominū tibi amicos cōciliant: Hæ tibi uniuersum mortaliū cęnū deuinciūt: has in te omnes admirātur: uenerant̄: predictant: Hæ magnū Alexandrū Asię domitorē fecerūt: hæ C. Iulium diuis adnumerarūt: Augustum consecrarūt: Traianū Antoninos: Henricū:

bonoſq; c̄es p̄incipes: c̄eleſtes plane uiros efficeſſe  
runt. Hārā & tu uirtutū auſpiciis (utināq; hoc &  
a uate ſit dictū) Imperium terris animos equabis  
olympo. Iure igit̄ ſumma tibi delata eſt potefas  
iure tibi debetur Imperiū: Sed & eodē quoq; iure  
ipſum tibi debet Imperiū: per te ſcilicet p̄incipū de-  
cū ſcupaturū: iure tibi humanarū rerū: iradita  
ſunt gubernacula: ita ſunt iura: tue ſunt leges: tua  
iudicia: penes te bellī paciſq; potefas omnis. Tu  
de omniū capite fortunisq; iudicas. Tu uſua lex:  
Tu animatū ius: Tu unus ex omni hominum nu-  
mero es cuius ſunt oīa. Tu unus es ut Imperator  
tandē (quod & diui Pii ſhia & iurifcōſultorū l̄is  
proditū eſt) mūdi dñs qui principatū nō rapuisti  
ſed ornasti: non ambisti ſed uindicasti: nō emisti:  
ſed meruisti. Omnis igit̄ iure tibi ueneratio pa-  
riter reuerētia obediētiac̄ debet. Hāc cū ita eſſe  
intelligat religioſiſſime C̄æſar deuotissimus tibi  
dux tuus Eſteñ Hercules: qui te iam pridē (ſicuti  
ſcis) multos abhinc annos prius etiam q̄ regni no-  
men & fastigiū Imperiale cōſcenderas: amauit: ob-  
ſeruauit: coluit: quippe non noua ſunt Aſtrialis  
familiæ decora: nō noua uirtutis: ac magnitudiſ  
tuæ gloria. Verū te p̄incipem: uerū omniū mode-  
ratorē: uerū C̄æſare: uerū Imperatorē agnoscit: fa-  
lūtat: uenerat: adorat: Et non eam fidē modo: obe-  
dientiāq; preſtaturū ſe recipit: quam tibi pet du-  
catus dignitatē ab Imperiali benignitate perfec-

Quanta Impe-  
ratoris p̄t̄s

onduſio

foratiō

tam perq; urbes ab Augusta maiestate suscep<sup>as</sup>  
 debere se per scriptas leges profite<sup>c</sup>. Verū etiam  
 illā quæ tibi ab omni Romano orbe:gentibus:na  
 tionibus q̄ omnibus diuino pariter & humano iu  
 re debet. Idem semper animus in Estensi familia  
 omniū Italię longe clarissima uetusissimaq; ea  
 dem mens semper oibus Herculis maioribus fuit  
 Romanos Imperatores magna semp fide: incredibi  
 li cōstantia:ingēti ueneratiōe coluerūt Ferrariāq;  
 ipsorum urbē quasi Imperatorū omniū pacatissi  
 mum diuersorum Italiam ingressi Romani Cesa  
 res habuerūt. Illam Henricus.iii· quandoq; inha  
 bitauit:in illa Carolus.iiii· exceptus:in illam Si  
 gismundus diuertit: Illam postremo Diuus Fride  
 ricus pater bis illustrauit. Sed & Otto if;e tertius  
 us olim qui ob eximiam quidem uirtutem mudi  
 miraculum cognominatus est:nō modo illā inui  
 sit: sed Hugonem quoq; Estensem ex gentilibus  
 Herculis tui: Virum fortē: & bellicis artibus per  
 ea tempora insignem:cui a uirtute magni cognos  
 mētū fuit: Comitē sibi adsciuit qui collecto Itali  
 co exercitu (neq; enī pacatis locis erat iter futurū  
 Romā ipsum duxit: reducemq; tādem patriae re  
 restituit: Idē in te est Herculis tui deuotissimi ti  
 bi ducis animus. Eadem tibi Ferraria: subiecteq;  
 omnes Herculi Ciuitates Oppida: municipiaq;  
 semper patēt: Que tibi ille uniuersa iuxta secum  
 promptissime offert: proq; Imperii tui maiestate

Estensis fam  
lia Cesario ab  
ca.

Henricus.1  
Carolus.iiii  
Sigismundus  
Fridericus.  
Otto.iiii.

Hugo mag  
Estensis.

Oblatio

tuenda: amplificandaq; magno animo pollicetur.  
 Quoniam uero certissimam spem de uirtute tua: decq;  
 incredibili erga te amore suo: studioq; iampridē  
 cōcepit: Tantūq; sibi de animi tui diuinitate pol-  
 licet: ut nihil sit quod ate nō impetrare se facilis-  
 me posse confidat: eius fidem suscipias: qua soles  
 benignitate precat: utq; ipsum liberos: omnemq;  
 Esterensem domū: iure meritoq; & quasi dedicatio-  
 ne tuos serenissimo uultu respicias: Enixe te togat.  
 Vale igitur: Vnde: ac uince: Gloriosissime Impe-  
 rator: Augusto felicior: Traiano melior: Frideris-  
 co patre uiuacior: Immortalis uero deus cuius be-  
 neficio tamum decus Romanus orbis accepit: cui  
 tu (aeternus utinam) datus es rector.  
 Imperium occēano: famam tibi terminet astris.

Finis.

Dicta in Ispruchis in auditorio Cesaris.

Pandulphus.



INE  
 1592